



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XXXIX. Ad Eos, Deasq[ue] nemorales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

XXXVII

Iacobo Maripetro Patr.

Veneto.

E Pittaco Mirylenæo.

*Prudens, ne veniant mala, curat. fortis at æqua
Si veniant, tolerat mente, IACOBE, mala.*

XXXIIX.

Ad D. Fridericum Com. Pal.

Rheni, Ducem Bauariæ.

Si pietas anima est orbis, FRIDERICE, fidesq̃:

Qui colit hanc, orbem vult animare pius.

At qui sublatam cupit, hic euiscerat orbem,

Exanimat que, vel hanc exiit orbe malus.

Sic tu nos animas pietate, piissime Princeps:

Exemploque pios nos facis ipse tuo.

O decus eximium. nimirum maxima laus est:

Quum Princeps alios quod iubet, ipse facit.

XXXIX.

Ad Deos, Deasq̃; nemorales.

Dum gelidos vocor in saltus, viridi que sub umbra

Altorum nemorum figere disco feras:

Nō ego vos Nymphas, neq̃ vos ego carmine, Fau-

Inuoco: nec numen curo, Diana, tuum (nos

Ab valeant commenta deūm. Deus vnicus esto:

Qui pariter siluas, & moderatur aquas.

B 3 Si

*Si vultis tamen esse, quod estis, spontè fauente
Principibus suis, comprecor ipse, meis,
Nam Solis radios, & mites ætheris auras
Quæ gerit in siluis Cynthia, tela notant,
Si faciles auræ sint, telaque lucida Solis:
Venatrix nemorum spontè Diana fauet.
Tunc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq;
Gaudent: semidei, semideæq; duces.*

XL.

Ad Paulum Melissum

EQ. & Com. Pal.

*Desipere est, hosti non posse, & velle nocere.
Si potes, & non vis, PAVLE, nocere, sapite.*

XLI.

Ad Ioan. Sebastianum

Schertelinum à Purtebach. EQ.

*Si fas est violare jus cuiquam:
Sit fas hoc violare, promerendi
Saltem causa hominis, SEBASTIANE.
Lex hoc summa necessitas requirit,
Ac dilectio sancta, cæteròquin
Semper est pietas magis colenda.*

XLII.

Tychoni Brahe EQ. Dano.